

Math.
85

Mathem. 292.

SAMVELIS MIKOVINI
NOBILIS HVNGARI

S. C. C. Maestatis Aulico - Cameralis, &
ad Mineras Regni Hungariae constituti Geometrae,
Regiaeque Scientiarum Societatis Beroliensis Membri

EPISTOLA

A D

Illustrem ac Celeberrimum Virum

D. IO. IAC. MARINONIVM
PATRICIVM VTINENSEM,
Caesareum Consiliarium, & Aulae Mathematicum

Occasione Quæstionis

D E

QVADRATVRA CIRCVLI


Nuper perperam motæ, & falso definitæ

A

D. JOSEPH. IGN. CAR. LEISTNERO
CENTVRIONE CAESAREO,

Quæ

Diametri ad Peripheriam ratio Leistneriana refel-
litur ; genuina in seriebus infinitis exhibetur ; deque
Theoriae cum praxi cognatione, & vtili ac necessaria
connexione differit.



VIENNAE AVSTRIAEC

Prostat apud Paulum Straub, Bibliop.

Typis Ioannis Petri van Ghelen, Typographi Caesarei.
M. DCC. XXXIX.

S. August. Epist. 56.

Pudet nos haec refellere,
cum alios non puduerit ista
sentire. **Cum** vero ausi sint
ea defendere, non iam eorum,
sed ipsius generis humani, nos
pudet, cuius aures haec ferre
potuerunt.



Illustri ac Celeberrimo Viro
I. I. MARINONIO
S. P. D.
S. MIKOVINY.



Vaeftio de Quadratura Circuli, per Leiftnerum, inventi lauream sibi ausu temerario vindicantem, importune mota, licet apud rei peritos nullam penitus mereatur attentionem; quia tamen a conuitis & contemtu veterum, inde a seculis, diuinis inuentis meritisque in scientias, artes, societatemque humanam, clarorum, exorsus; cum praesentium etiam magnorum ingeniorum, optimeque de Regibus & Regnis meritorum honori & existimationi non parcat, vagoque & mordaci strepitu, altiora quoque loca infestare non dubitet; ne fors, tacentibus aliis, sapere, ac neminem, qui tantas nugas & ineptias animaduertat, improbet, & reiiciat, praeter Ill. Dg. TVAM, vti ille quidem putat, dari, eruditorumque fama, per ipsum procaciter laesa, periclitari credatur; silentii veniam, imo gratiam, haud meruisse videtur.

Audacia peruvicaciaque sane hominis ex sola inscriptione satis patet. Inuenti enim gloriam, inde a condito orbe ignorati, per summaque ingenia frustra inuestigati, vel falso pessimeque detecti, sibi vindicat. Merita sua in genus humanum depraedicat; indeque sibi emergens decus, in vniuersam nationem suam Alemanicam, liberalissime profundit; ac tandem praemia, a quibus promissa nescio, ingentia sibi promittit, & expectat. Meruit certe praemia; sed tanta temeritate digna: non quod de re, sibi penitus ignota, male scriperit; sed quod celeberrimae, & in cultura profundissima- rum scientiarum vix vlli in erbe cedentis, totius gentis Germanicae glo- riam adeo vili penderit, vt fictiones suas, ne inter nugas quidem censi- dignas, in eius partem praecipuam & quasi apicem referre; Augusta iis Summi Monarchae, Principisque nomina, praefigere; enormes suos errores gratiae & revelationi Diuinae adscribere; haec denique publici iuris facere & typis euulgare ausus fuerit. Contenta ipsa libellorum nec legi nec refelli merentur. Sunt enim incondita & dissoluta farago ineptiarum, vulga- ribus nonnunquam & exoletis exemplis Arithmeticis, quae ille, nescio quo sensu, Algebraica esse putat; Problematisbusque Geodaeticis intertexta; *Axiomata*, sunt ipsi vana phantasmatata; *Demonstrationes*, pertinaces assevera- tiones obsecrationes, & deuotiones, vel, vbi multum profecisse videtur, calculorum, arithmeticae probae & examinationes, ac tandem elogia pro- pria; in probos vero eruditos emeritosque viros omnem sanae ratio- nis

A 2

nis honestatisque modum excedentes grassationes & conuitia , proterua impiaque *Corollaria*. Haec ita se habere , ac sine iniuria dicta esse , sensatus quisque , quem Leistneriana euoluere non taedebit , deprachendet. Tota scriptitatione , praeter procacem maleuolumque animum , nil prodidit aliud , quam rei , cuius tractationem suscepit , altissimam ignorantiam.


Si enim Diametri & Peripheriae Circuli vel primam genuinam conceperisset ideam , ab inanibus superfluisque conatibus forsan destitisset , ingenii que sui , vti ipse quidem putat , acutissimi vires melioribus impendisset. Sed ita fit , dum homines scientias , vix primis labiis delibantes , iam se philosophos existimant. Qui fors & existimati fuissent , si tacuissent. Huc referendi sunt omnes , qui omissis primis verisque principiis , mox , tyronum loco , magni inuentores fieri gestientes , subtilissimas scientias ab absturissimis , vel penitus falsis & immaginariis mysteriis , & propositionibus , contra rerum naturam pugnantibus , *Geometriam* videlicet a *Quadratura Circuli* ; *Mechanicam* a perpetuo mobili ; *Physicam* a substantiarum transformatione ; *Chemiam* a Philosophorum lapide ; Artem *Medicam* a Syn. & Antipathiis & reliqua exordiuntur. Qui , si vel prima scientiarum elementa , penitus perlustrassent , huiuscemodi conatus non scientiarum solummodo principiis , sed & ordini ipsi , a Creatore in natura statuto , contrariari primo obtutu animaduertere debuissent. Hinc concipere nequeo , vnde haec inanis *Quadraturae Circuli* sollicitudo orta ? aut quis vñquam mathematicorum vel practicorum eam desiderauerit , vel eius inuentori praemia proposuerit ? Ab antiquis temporibus , quibus scientiae , magna sui parte neglectae , torpebant , fabellam hanc ad nos promanasse credo. Hodie autem tanta scientiarum luce , res de *Quadratura Circuli* , apud Geometras adeo exacta est , vt nec mea dilucidatione , nec vltiori cuiusquam cura indigere videatur. Ne tamen dicta haud probato reliquise existimer , publico iteratoque noui Quadratoris strepitu , eruditorum magnorumque nominum iniuria , ac Ill. Dg. TVAE prouocatus , curiosis forsan , & quibus res haud satis perspecta esset , velificaturus , ad controversiaeque illustrationem nonnihil collaturus , quaestione , ignaris multum decantatam & desideratam , breuibus perstringam.

Quadratura Planorum vel *Superficierum* dicitur earum mensura , ad modulum certi spatii quadrati dæti ; ex. gr. si queratur agri , prati , vel campi cuiuscunque , in orgiis , pedibus , vel digitis quadratis capacitas ; seu quot contineat spatiola qualiacunque quadrata ? Cum autem spatium circulare sit triangulari , cuius basis peripheriae , altitudo vero radio circuli corresponeat , aequale , quadratura eius fit , peripheriam per semiradium , vel radium per semiperipheriam multiplicando. Pater autem ad id & radii , & peripheriae exactam desiderari mensuram. Radius , cum sit linea recta , quacunque alia recta , eius mensura obtineri potest. Peripheria vero , cum sit linea curva , nullam sui theoretice absolutam mensuram , cum alia recta communem , admittit. Hinc quaestio tota ad proportionem Radii , vel Diametri ad Peripheriam reddit ; quae , vel eius arcus quicunque , eti exakte & determinate nulli rectae commensurabilis sit ; in praxi nihilominus , ex data Diametro , eius mensura adeo exerce definiri potest , vt , si detur circulus , supremos coelos millies superans , in mensura Peripheriae , ne millesima quidem puncti parte aberraturi simus. Verbo , si detur quantacunque Diameter determinata , dabitur etiam in partibus eius determinatis exacta Peripheriae mensura. Haec tamen non nisi velut exempla particularia practica considerari debent. Longe alia quaestio est , dum Peripheriae ad Diametrum certis constantibus & vniuersalibus numeris expressa desideratur proportio.

Hanc nullo numero certo & finito designari posse ex ipsius Peripheriae natura patet. Haec enim non nisi in vnico punto cum linea recta coincidere potest. Seu proprietas lineae rectae est , vt omnia eius puncta inter primum A & ultimum B directe disposita , neutram in partem deflectentia sint. Peripheriae vero , vel arcus A proprietas est , vt puncta eius singula

a cen.

Fig. I.



Nicolai sc.

a centro C sint aequidistantia. Si primum igitur lineae rectae punctum A in Peripheriam AD incidat, proximum sequens, seu secundum inter A & B directe interiacere & a centro C cum A aequidistare ex natura rei haud potest. Hinc linea recta, puncto maior, mensura Peripheriae esse nequit. At dices: si non in lineis, in punctis tamen Peripheriae obtinebitur mensura. In punctis omnino, sed infinite paruis, quorum etiam nullus finitus & determinatus erit numerus. Determinata autem in Diametro quantitate puncti, determinabitur etiam exactissima Peripheriae mensura. Sed si quantitas puncti minuatur, seu idem punctum in plura alia subdiuidatur, transibit in lineam, quae simul recta & circularis esse, peripheriamque metiri amplius nequit. Sicque in infinitum. Ex quibus patet Peripheriae ad Diametrum vniuersalem proportionem nullo numero certo finito vniuersali & omnibus circulis communi, verum solummodo seriebus & numeris infinitis exprimi posse.

Praxis nihilominus & in vita communi artibusque usus ne minimum quidem inde defectum obstaculum vel detrimentum sentit. Nulla enim ars vel praxis lemet ultra sensus extendit; haec autem proportio non ad Sensus tantum, sed etiam multis miriadibus ultra sensuum captum, numeris integris facile determinatur.

Mathematica tamen adcuratio, sensuum iudicio haud adquiescens, ex actionem suam ad terminos usque infinite infinitos extendit. Hinc licet quidem seriebus infinitis Quadraturam Circuli, vel Diametri ad Peripheriam rationem experimentibus nil notius sit; mathematice nihilominus determinate nullus; practice autem & ad sensus quilibet Circulus quadrari potest.

Primus fere omnium, quantum ex historiis patet, hac in re desudabat *Archimedes*, qui nobis etiam in praxi satis utilem, & in Circulis minoribus sensibus propemodum sufficientem Diametri ad Peripheriam rationis approximationem reliquit; nempe Diametrum esse ad Peripheriam veluti 7. ad 22. Quae quidem, licet vera maior sit, eamque prope $\frac{1}{700}$ diametri parte superet, quia tamen numeris minimis expressa, prima & proxima ac in praxi ferme sufficiens aestimari debet. Recentioribus tandem seculis hanc sibi plures commendatam habuere curam, omnes ferme methodo *Archimedea*, ex polygonis Circulo inscriptis & circumscriptis, Peripheriae ad Diametrum rationem definientes, vii. In his principem obtinet locum *Ludolphus a Ceulen*, qui calculo prolixo laboreque improbo quaesitam hancce proportionem tam magnis expressis numeris, ut vel nefas esset propriorem & exactiorem in praxi vlaque vitae humanae desiderare. Posita enim Diametro: 1.0000000000000000 &c. inuenit Peripheriam 3.14159265358979323846 &c. heic si numerus cesseret, ultima nota 6 compleat numerum iusto minorem; 7 autem iusto maiorem; ulterius enim continuato numero sequuntur 264338 &c. in infinitum. In numeris vero minoribus, omnibus hactenus datis ratio *Metiana* praestat; in qua, posita Diametro 113. Peripheria erit 355. haec, cum solummodo $\frac{113}{355}$ &c. Diametri partibus vera minor sit, in praxi pae caeteris omnibus pro exactissima & commodissima merito haberri ac reputari potest.

Post inuentum tandem, singulari erga genus humanum munere beneficioque Diuino, opera *Newtoni* atque *Leibnitzii* infinitorum calculum, res de Peripheriae ad Diametrum proportionem apud Geometras adeo communis euasit, vt qui de ea vltro sollicitus fuerit, peregrinum semet & Geometriae intimioris ignarum declaraturus sit. Prolixus nimium essem, si methodos ex Sinu recto, verso, cosinu, tangente, & curuis, circulo cognatis, determinandi arcus recensere, aut explicare vellem; vt tamen curiosis, haec forsan visuris, aut desideraturis satisfiat, modum vnicum ex tangente definiendi arcum, ex primis principiis demonstratum adferam.

Si fiat AC radius, AT tangens, AR arcus, diuisa tangente in partes infinite paruas & aequales, Ab, bd, de, ef, &c. ductisque secantibus Cb, Cd, Ce, Cf, formabuntur Triangula aequalia ACb, Cbd, Cde, &c.

B de.

Fig. 2.

demissisque sinibus rectis ex punctis secantum in arcu, formabuntur inter secantes & partes sinuum, ab iis ad peripheriam interceptas, triangula inaequalia, sed ob sinus, tangentibus parallelos, prioribus, singula singulis, inter easdem secantes sitis, similia, Cgh ~ CAB, Cik ~ Cbd, Clm ~ Cde, Cno ~ Cef, &c. Cum vero, Tangente in partes infinite paruas diuisa, secans contingat secantem, continget etiam sinus sinum; adeoque spatia Agh, hik, klm, mno, &c. nulla erunt vel euanescent. Summa igitur Triangulorum infinitorum & infinite paruorum inter secantes, & partes sinuum, ad Peripheriam interceptas conclusorum, aequabitur Quadraturae vel capacitati sectoris ACR.

Positis tandem Radio AC = r, & Tangente AT = t, triangula aequalia ACb, Cbd, Cde, Cef &c. erunt singula $\frac{1}{2}r^2$; Quadrata autem Secantium erunt, $\overline{CB}^2 = r^2 + t^2$, $\overline{Cd}^2 = r^2 + 4t^2$, $\overline{Cc}^2 = r^2 + 9t^2$, $\overline{Cf}^2 = r^2 + 16t^2$, &c. usque $\overline{CT}^2 = r^2 + t^2$. Hinc inuenietur capacitas singulorum triangulorum Cgh, Cik, Clm, Cno, &c. inferendo:

$$\overline{Cb}^2 : \overline{Ch}^2 :: \Delta CAB : \Delta Cgh.$$

$$\overline{Cd}^2 : \overline{Ck}^2 :: \Delta Cbd : \Delta Cik.$$

$$\overline{Ce}^2 : \overline{Cm}^2 :: \Delta Cde : \Delta Clm.$$

$$\overline{Cf}^2 : \overline{Co}^2 :: \Delta Cef : \Delta Cno. &c. &c.$$

usque ad $\overline{CT}^2 : \overline{Cr}^2 :: \Delta CfT : \Delta CpK$ ultimum,

Vel in terminis algebraicis.

$$r^2 + t^2 : r^2 : \frac{1}{2}r^2 : \frac{1}{2}r^2 = \Delta Cgh.$$

$$r^2 + 4t^2 : r^2 : \frac{1}{2}r^2 : \frac{1}{2}r^2 = \Delta Cik.$$

$$r^2 + 9t^2 : r^2 : \frac{1}{2}r^2 : \frac{1}{2}r^2 = \Delta Clm.$$

$$r^2 + 16t^2 : r^2 : \frac{1}{2}r^2 : \frac{1}{2}r^2 = \Delta Cno \&c.$$

usque ad $r^2 + t^2 : r^2 : \frac{1}{2}r^2 : \frac{1}{2}r^2$ ultimum.

Patet igitur summam omnium triangulorum, inter secantes & partes sinuum ad Peripheriam interceptas, seu capacitatem vel Quadraturam Sectoris ACR exprimi serie infinita:

$$\frac{\frac{1}{2}r^2}{r^2 + t^2} + \frac{\frac{1}{2}r^2}{r^2 + 4t^2} + \frac{\frac{1}{2}r^2}{r^2 + 9t^2} + \frac{\frac{1}{2}r^2}{r^2 + 16t^2} + \frac{\frac{1}{2}r^2}{r^2 + 25t^2} + \&c. usque \frac{\frac{1}{2}r^2}{r^2 + t^2}.$$

Quae diuisa per $\frac{1}{2}r^2$, dabit quantitatem arcus AR =

$$\frac{r^2}{r^2 + t^2} + \frac{r^2}{r^2 + 4t^2} + \frac{r^2}{r^2 + 9t^2} + \frac{r^2}{r^2 + 16t^2} + \frac{r^2}{r^2 + 25t^2} + \&c. usque \frac{r^2}{r^2 + t^2}.$$

Haec quidem series, licet simplex & elegans, ob tardam nihilominus convergentiam haud satis commoda est. Si autem singuli eius antecedentes diuidantur per suos consequentes, quotorum loco prodibunt infinitae series infinitae.

$$\text{Ex membro 1. }) 1 - \frac{1}{r^2} + \frac{1}{r^4} - \frac{1}{r^6} + \frac{1}{r^8} - \frac{1}{r^{10}} + \&c.$$

$$\text{ex 2. }) 1 - \frac{4}{r^2} + \frac{16}{r^4} - \frac{64}{r^6} + \frac{256}{r^8} - \frac{1024}{r^{10}} + \&c.$$

ex

$$\begin{aligned}
 ex\ 3.)\ 1 - \frac{9}{r^2} + \frac{8t}{r^4} - \frac{729}{r^6} + \frac{656t}{r^8} - \frac{59049}{r^{10}} & \&c. \\
 ex\ 4.)\ 1 - \frac{16}{r^2} + \frac{256}{r^4} - \frac{4096}{r^6} + \frac{65536}{r^8} - \frac{1048576}{r^{10}} & \&c. \\
 & \&c. \quad \&c. \quad \&c. \quad \&c. \\
 ex\ ultimo)\ 1 - \frac{t^2}{r^2} + \frac{t^4}{r^4} - \frac{t^6}{r^6} + \frac{t^8}{r^8} - \frac{t^{10}}{r^{10}} & \&c.
 \end{aligned}$$

In his primo loco comparent vnitates infinitae vsque ad t . secundo numerorum vulgarium potentiae secundae , vsque t^2 . tertio eorundem potentiae quartae , vsque t^4 . quarto sextae vsque t^6 . quinto octavae vsque t^8 . sexto decimae , vsque t^{10} ; &c. Summa igitur omnium vnitatum in seriebus vniuersis erit $\pm t$. Ex integratione vero , vel summatione serierum infinitarum constat , summam ex numeris vulgaribus omnium potentiarum secundarum vsque ad ultimam t^2 , aequari $\frac{1}{3}t^3$. quartarum vsque $t^4 - \frac{1}{3}t^5$. sextarum vsque $t^6 - \frac{1}{7}t^7$. octuarum vsque $t^8 - \frac{1}{9}t^9$. decimarum vsque $t^{10} - \frac{1}{11}t^{11}$ &c. Summa igitur serierum , quotorum loco prodeuntium , erit:

$$\pm t - \frac{1}{3}t^3 + \frac{1}{5}t^5 - \frac{1}{7}t^7 + \frac{1}{9}t^9 - \frac{1}{11}t^{11} + \frac{1}{13}t^{13} - \frac{1}{15}t^{15} \&c.$$

Quae , multiplicatis singulis membris consequenter per denominatores , in numeratoribus contentos , reducta erit :

$$\pm t - \frac{t^3}{3r^2} + \frac{t^5}{5r^4} - \frac{t^7}{7r^6} + \frac{t^9}{9r^8} - \frac{t^{11}}{11r^{10}} + \frac{t^{13}}{13r^{12}} - \frac{t^{15}}{15r^{14}} \&c.$$

quantitatem arcus cuiuscunque radio $\pm r$ & tangentis $\pm t$ respondentis exprimens. Quae , cum & alias a summis Geometris varie & ex diuersis principiis deducta & demonstrata sit , ad determinandos ex tangentibus arcus pro commodissima compendiosissima & exactissima merito habenda. Quo vero maior & magis ab arcu differens , eo tardius ; & quo minor minusque ab arcu differens assumta fuerit tangens , eo citius & exactius in numeros reducta conuerget series.

In Tangentibus Circuli notissima est 45° radio videlicet aequalis. Si igitur statuatur $r = 1$, erit t quoque ± 1 , adeoque arcus $45^\circ =$

$$1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11} + \frac{1}{13} - \frac{1}{15} + \frac{1}{17} - \frac{1}{19} + \frac{1}{21} \&c.$$

Hinc Leibnitziana illa Circuli Quadratura , vel Peripheriae ad Diametrum ratio. Ob arcum enim 45° in Semicirculo quater contentum , ex Diametro ± 1 , Peripheria erit $\pm 4 - \frac{4}{3} + \frac{4}{5} - \frac{4}{7} + \frac{4}{9} \&c.$ vel ex Diametro $\pm \frac{1}{4}$, Peripheria erit $\pm 1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} \&c.$ prior , multiplicata per quartam Diametri partem , dabit capacitatem vel Quadraturam Circuli $\pm 1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} \&c.$ qua quidem simplicior & elegantior vix vnuquam producetur . at cum tarde nimium conuergat , eiusque calculatio & ad numeros reductio insuperabili labore constet , vhus eius in praxi exiguis , aut penitus nullus ferme est.

De seriei huius progressionis , harmonice decrescentis , summatione nimirum sollicitus fuisse vhus est magnus Leibnitzius. Facta enim ex alternatiue positivo negatiua pura positiva $\pm \frac{1}{3} + \frac{1}{5} + \frac{1}{7} + \frac{1}{9} + \frac{1}{11} + \frac{1}{13} + \frac{1}{15} + \frac{1}{17} + \frac{1}{19} + \frac{1}{21} + \frac{1}{23} + \frac{1}{25} + \frac{1}{27} + \frac{1}{29} + \frac{1}{31} + \frac{1}{33} + \frac{1}{35} + \frac{1}{37} + \frac{1}{39} + \frac{1}{41} + \frac{1}{43} + \frac{1}{45} + \frac{1}{47} + \frac{1}{49} + \frac{1}{51} + \frac{1}{53} + \frac{1}{55} + \frac{1}{57} + \frac{1}{59} + \frac{1}{61} + \frac{1}{63} + \frac{1}{65} + \frac{1}{67} + \frac{1}{69} + \frac{1}{71} + \frac{1}{73} + \frac{1}{75} + \frac{1}{77} + \frac{1}{79} + \frac{1}{81} + \frac{1}{83} + \frac{1}{85} + \frac{1}{87} + \frac{1}{89} + \frac{1}{91} + \frac{1}{93} + \frac{1}{95} + \frac{1}{97} + \frac{1}{99} + \frac{1}{101} + \frac{1}{103} + \frac{1}{105} + \frac{1}{107} + \frac{1}{109} + \frac{1}{111} + \frac{1}{113} + \frac{1}{115} + \frac{1}{117} + \frac{1}{119} + \frac{1}{121} + \frac{1}{123} + \frac{1}{125} + \frac{1}{127} + \frac{1}{129} + \frac{1}{131} + \frac{1}{133} + \frac{1}{135} + \frac{1}{137} + \frac{1}{139} + \frac{1}{141} + \frac{1}{143} + \frac{1}{145} + \frac{1}{147} + \frac{1}{149} + \frac{1}{151} + \frac{1}{153} + \frac{1}{155} + \frac{1}{157} + \frac{1}{159} + \frac{1}{161} + \frac{1}{163} + \frac{1}{165} + \frac{1}{167} + \frac{1}{169} + \frac{1}{171} + \frac{1}{173} + \frac{1}{175} + \frac{1}{177} + \frac{1}{179} + \frac{1}{181} + \frac{1}{183} + \frac{1}{185} + \frac{1}{187} + \frac{1}{189} + \frac{1}{191} + \frac{1}{193} + \frac{1}{195} + \frac{1}{197} + \frac{1}{199} + \frac{1}{201} + \frac{1}{203} + \frac{1}{205} + \frac{1}{207} + \frac{1}{209} + \frac{1}{211} + \frac{1}{213} + \frac{1}{215} + \frac{1}{217} + \frac{1}{219} + \frac{1}{221} + \frac{1}{223} + \frac{1}{225} + \frac{1}{227} + \frac{1}{229} + \frac{1}{231} + \frac{1}{233} + \frac{1}{235} + \frac{1}{237} + \frac{1}{239} + \frac{1}{241} + \frac{1}{243} + \frac{1}{245} + \frac{1}{247} + \frac{1}{249} + \frac{1}{251} + \frac{1}{253} + \frac{1}{255} + \frac{1}{257} + \frac{1}{259} + \frac{1}{261} + \frac{1}{263} + \frac{1}{265} + \frac{1}{267} + \frac{1}{269} + \frac{1}{271} + \frac{1}{273} + \frac{1}{275} + \frac{1}{277} + \frac{1}{279} + \frac{1}{281} + \frac{1}{283} + \frac{1}{285} + \frac{1}{287} + \frac{1}{289} + \frac{1}{291} + \frac{1}{293} + \frac{1}{295} + \frac{1}{297} + \frac{1}{299} + \frac{1}{301} + \frac{1}{303} + \frac{1}{305} + \frac{1}{307} + \frac{1}{309} + \frac{1}{311} + \frac{1}{313} + \frac{1}{315} + \frac{1}{317} + \frac{1}{319} + \frac{1}{321} + \frac{1}{323} + \frac{1}{325} + \frac{1}{327} + \frac{1}{329} + \frac{1}{331} + \frac{1}{333} + \frac{1}{335} + \frac{1}{337} + \frac{1}{339} + \frac{1}{341} + \frac{1}{343} + \frac{1}{345} + \frac{1}{347} + \frac{1}{349} + \frac{1}{351} + \frac{1}{353} + \frac{1}{355} + \frac{1}{357} + \frac{1}{359} + \frac{1}{361} + \frac{1}{363} + \frac{1}{365} + \frac{1}{367} + \frac{1}{369} + \frac{1}{371} + \frac{1}{373} + \frac{1}{375} + \frac{1}{377} + \frac{1}{379} + \frac{1}{381} + \frac{1}{383} + \frac{1}{385} + \frac{1}{387} + \frac{1}{389} + \frac{1}{391} + \frac{1}{393} + \frac{1}{395} + \frac{1}{397} + \frac{1}{399} + \frac{1}{401} + \frac{1}{403} + \frac{1}{405} + \frac{1}{407} + \frac{1}{409} + \frac{1}{411} + \frac{1}{413} + \frac{1}{415} + \frac{1}{417} + \frac{1}{419} + \frac{1}{421} + \frac{1}{423} + \frac{1}{425} + \frac{1}{427} + \frac{1}{429} + \frac{1}{431} + \frac{1}{433} + \frac{1}{435} + \frac{1}{437} + \frac{1}{439} + \frac{1}{441} + \frac{1}{443} + \frac{1}{445} + \frac{1}{447} + \frac{1}{449} + \frac{1}{451} + \frac{1}{453} + \frac{1}{455} + \frac{1}{457} + \frac{1}{459} + \frac{1}{461} + \frac{1}{463} + \frac{1}{465} + \frac{1}{467} + \frac{1}{469} + \frac{1}{471} + \frac{1}{473} + \frac{1}{475} + \frac{1}{477} + \frac{1}{479} + \frac{1}{481} + \frac{1}{483} + \frac{1}{485} + \frac{1}{487} + \frac{1}{489} + \frac{1}{491} + \frac{1}{493} + \frac{1}{495} + \frac{1}{497} + \frac{1}{499} + \frac{1}{501} + \frac{1}{503} + \frac{1}{505} + \frac{1}{507} + \frac{1}{509} + \frac{1}{511} + \frac{1}{513} + \frac{1}{515} + \frac{1}{517} + \frac{1}{519} + \frac{1}{521} + \frac{1}{523} + \frac{1}{525} + \frac{1}{527} + \frac{1}{529} + \frac{1}{531} + \frac{1}{533} + \frac{1}{535} + \frac{1}{537} + \frac{1}{539} + \frac{1}{541} + \frac{1}{543} + \frac{1}{545} + \frac{1}{547} + \frac{1}{549} + \frac{1}{551} + \frac{1}{553} + \frac{1}{555} + \frac{1}{557} + \frac{1}{559} + \frac{1}{561} + \frac{1}{563} + \frac{1}{565} + \frac{1}{567} + \frac{1}{569} + \frac{1}{571} + \frac{1}{573} + \frac{1}{575} + \frac{1}{577} + \frac{1}{579} + \frac{1}{581} + \frac{1}{583} + \frac{1}{585} + \frac{1}{587} + \frac{1}{589} + \frac{1}{591} + \frac{1}{593} + \frac{1}{595} + \frac{1}{597} + \frac{1}{599} + \frac{1}{601} + \frac{1}{603} + \frac{1}{605} + \frac{1}{607} + \frac{1}{609} + \frac{1}{611} + \frac{1}{613} + \frac{1}{615} + \frac{1}{617} + \frac{1}{619} + \frac{1}{621} + \frac{1}{623} + \frac{1}{625} + \frac{1}{627} + \frac{1}{629} + \frac{1}{631} + \frac{1}{633} + \frac{1}{635} + \frac{1}{637} + \frac{1}{639} + \frac{1}{641} + \frac{1}{643} + \frac{1}{645} + \frac{1}{647} + \frac{1}{649} + \frac{1}{651} + \frac{1}{653} + \frac{1}{655} + \frac{1}{657} + \frac{1}{659} + \frac{1}{661} + \frac{1}{663} + \frac{1}{665} + \frac{1}{667} + \frac{1}{669} + \frac{1}{671} + \frac{1}{673} + \frac{1}{675} + \frac{1}{677} + \frac{1}{679} + \frac{1}{681} + \frac{1}{683} + \frac{1}{685} + \frac{1}{687} + \frac{1}{689} + \frac{1}{691} + \frac{1}{693} + \frac{1}{695} + \frac{1}{697} + \frac{1}{699} + \frac{1}{701} + \frac{1}{703} + \frac{1}{705} + \frac{1}{707} + \frac{1}{709} + \frac{1}{711} + \frac{1}{713} + \frac{1}{715} + \frac{1}{717} + \frac{1}{719} + \frac{1}{721} + \frac{1}{723} + \frac{1}{725} + \frac{1}{727} + \frac{1}{729} + \frac{1}{731} + \frac{1}{733} + \frac{1}{735} + \frac{1}{737} + \frac{1}{739} + \frac{1}{741} + \frac{1}{743} + \frac{1}{745} + \frac{1}{747} + \frac{1}{749} + \frac{1}{751} + \frac{1}{753} + \frac{1}{755} + \frac{1}{757} + \frac{1}{759} + \frac{1}{761} + \frac{1}{763} + \frac{1}{765} + \frac{1}{767} + \frac{1}{769} + \frac{1}{771} + \frac{1}{773} + \frac{1}{775} + \frac{1}{777} + \frac{1}{779} + \frac{1}{781} + \frac{1}{783} + \frac{1}{785} + \frac{1}{787} + \frac{1}{789} + \frac{1}{791} + \frac{1}{793} + \frac{1}{795} + \frac{1}{797} + \frac{1}{799} + \frac{1}{801} + \frac{1}{803} + \frac{1}{805} + \frac{1}{807} + \frac{1}{809} + \frac{1}{811} + \frac{1}{813} + \frac{1}{815} + \frac{1}{817} + \frac{1}{819} + \frac{1}{821} + \frac{1}{823} + \frac{1}{825} + \frac{1}{827} + \frac{1}{829} + \frac{1}{831} + \frac{1}{833} + \frac{1}{835} + \frac{1}{837} + \frac{1}{839} + \frac{1}{841} + \frac{1}{843} + \frac{1}{845} + \frac{1}{847} + \frac{1}{849} + \frac{1}{851} + \frac{1}{853} + \frac{1}{855} + \frac{1}{857} + \frac{1}{859} + \frac{1}{861} + \frac{1}{863} + \frac{1}{865} + \frac{1}{867} + \frac{1}{869} + \frac{1}{871} + \frac{1}{873} + \frac{1}{875} + \frac{1}{877} + \frac{1}{879} + \frac{1}{881} + \frac{1}{883} + \frac{1}{885} + \frac{1}{887} + \frac{1}{889} + \frac{1}{891} + \frac{1}{893} + \frac{1}{895} + \frac{1}{897} + \frac{1}{899} + \frac{1}{901} + \frac{1}{903} + \frac{1}{905} + \frac{1}{907} + \frac{1}{909} + \frac{1}{911} + \frac{1}{913} + \frac{1}{915} + \frac{1}{917} + \frac{1}{919} + \frac{1}{921} + \frac{1}{923} + \frac{1}{925} + \frac{1}{927} + \frac{1}{929} + \frac{1}{931} + \frac{1}{933} + \frac{1}{935} + \frac{1}{937} + \frac{1}{939} + \frac{1}{941} + \frac{1}{943} + \frac{1}{945} + \frac{1}{947} + \frac{1}{949} + \frac{1}{951} + \frac{1}{953} + \frac{1}{955} + \frac{1}{957} + \frac{1}{959} + \frac{1}{961} + \frac{1}{963} + \frac{1}{965} + \frac{1}{967} + \frac{1}{969} + \frac{1}{971} + \frac{1}{973} + \frac{1}{975} + \frac{1}{977} + \frac{1}{979} + \frac{1}{981} + \frac{1}{983} + \frac{1}{985} + \frac{1}{987} + \frac{1}{989} + \frac{1}{991} + \frac{1}{993} + \frac{1}{995} + \frac{1}{997} + \frac{1}{999} + \frac{1}{1001} + \frac{1}{1003} + \frac{1}{1005} + \frac{1}{1007} + \frac{1}{1009} + \frac{1}{1011} + \frac{1}{1013} + \frac{1}{1015} + \frac{1}{1017} + \frac{1}{1019} + \frac{1}{1021} + \frac{1}{1023} + \frac{1}{1025} + \frac{1}{1027} + \frac{1}{1029} + \frac{1}{1031} + \frac{1}{1033} + \frac{1}{1035} + \frac{1}{1037} + \frac{1}{1039} + \frac{1}{1041} + \frac{1}{1043} + \frac{1}{1045} + \frac{1}{1047} + \frac{1}{1049} + \frac{1}{1051} + \frac{1}{1053} + \frac{1}{1055} + \frac{1}{1057} + \frac{1}{1059} + \frac{1}{1061} + \frac{1}{1063} + \frac{1}{1065} + \frac{1}{1067} + \frac{1}{1069} + \frac{1}{1071} + \frac{1}{1073} + \frac{1}{1075} + \frac{1}{1077} + \frac{1}{1079} + \frac{1}{1081} + \frac{1}{1083} + \frac{1}{1085} + \frac{1}{1087} + \frac{1}{1089} + \frac{1}{1091} + \frac{1}{1093} + \frac{1}{1095} + \frac{1}{1097} + \frac{1}{1099} + \frac{1}{1101} + \frac{1}{1103} + \frac{1}{1105} + \frac{1}{1107} + \frac{1}{1109} + \frac{1}{1111} + \frac{1}{1113} + \frac{1}{1115} + \frac{1}{1117} + \frac{1}{1119} + \frac{1}{1121} + \frac{1}{1123} + \frac{1}{1125} + \frac{1}{1127} + \frac{1}{1129} + \frac{1}{1131} + \frac{1}{1133} + \frac{1}{1135} + \frac{1}{1137} + \frac{1}{1139} + \frac{1}{1141} + \frac{1}{1143} + \frac{1}{1145} + \frac{1}{1147} + \frac{1}{1149} + \frac{1}{1151} + \frac{1}{1153} + \frac{1}{1155} + \frac{1}{1157} + \frac{1}{1159} + \frac{1}{1161} + \frac{1}{1163} + \frac{1}{1165} + \frac{1}{1167} + \frac{1}{1169} + \frac{1}{1171} + \frac{1}{1173} + \frac{1}{1175} + \frac{1}{1177} + \$

saltu simplici, terminum quemque secundum excerptendo, prodit nostra $\frac{1}{2} + \frac{1}{12} + \frac{1}{90} + \frac{1}{720}$ &c. Quadraturam Circuli, vel Peripheriae ad Diameter rationem exhibens. Quam tamen nunquam summari posse vel inde patet, quod sit rationis irrationalis, vel absolute infinitae expressio. Arcus enim vel Peripheria Circuli, vti supra monuimus, cum nulla linea recta, prouti Diameter est, exacte & theoretice comparari vel commensurari potest. Et quidem non ex defectu vel insufficientia artis vel scientiae, sed ex eius primis legibus & principiis, ex ipsaque rei proprietate & natura.

Quae nihilominus in theoria infinita & incommensurabilia habentur, ad omnem desideratam exactitudinem, numeris certis & determinatis, praxi non tantum sufficientibus, sed etiam omnem mensuram captumque artis superantibus, exprimi possunt. Id autem ex serie nostra vt obtineatur eo facilius, pro fundamento, ex minoribus aliqua, sed commoda Tangens eligenda erit.

Tangentium quidem quamcunque exiguarum numericae vel analyticae quantitates exhiberi possunt; at vix illa reperietur commodior, quam 30 graduum. Posito enim radio CB vel $CE = 1$; sinus rectus, qua media chorda 60° erit $DE = \frac{1}{2}$, & cosinus $CD = \sqrt{1 - \frac{1}{4}} = \sqrt{\frac{3}{4}}$. Hinc $CD : CB :: DE : AB$. seu $\sqrt{\frac{3}{4}} : 1 :: \frac{1}{2} : \frac{1}{\sqrt{\frac{3}{4}}} = \sqrt{\frac{1}{3}} = AB$. Tangens igitur 30° erit $= \sqrt{\frac{1}{3}}$. eiusque potentiae

SECUNDA.	QUARTA.	SEXTA.	OCTAVA.	DECIMA.	DUODECIMA.	
$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2 \cdot 2}$	$\frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 2}$	$\frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 2}$	$\frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 2}$	$\frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 2 \cdot 2}$	&c.

Posito tandem in serie nostra $t - \frac{t^3}{3r^2} + \frac{t^5}{5r^4} - \frac{t^7}{7r^6} + \frac{t^9}{9r^8} &c.$ $r = 1$, diuidendoque singula membra per t , erit eius valor $r = t \times 1 - \frac{t^2}{3} + \frac{t^4}{5} - \frac{t^6}{7} + \frac{t^8}{9} - \frac{t^{10}}{11} + \frac{t^{12}}{13} &c.$ ac loco t eiusque potentiarum substituendo $\sqrt{\frac{1}{3}}$ cum suis potentiis dabitur series in numeris:

$$\sqrt{\frac{1}{3}} \times 1 - \frac{1}{3 \cdot 2} + \frac{1}{3 \cdot 2 \cdot 5} - \frac{1}{3 \cdot 2 \cdot 7} + \frac{1}{3 \cdot 2 \cdot 5 \cdot 9} - \frac{1}{3 \cdot 2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 11} + \frac{1}{3 \cdot 2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 13} &c.$$

arcuui 30° seu tangentis $\sqrt{\frac{1}{3}}$ respondentem exprimens. Cum autem arcus 30° sexta sit semiperipheriae pars, vt ex Diameter $= 1$ obtineatur peripheria, seriem vel arcum 30° per 6 multiplicare oportet; erit igitur:

$$6\sqrt{\frac{1}{3}} = \sqrt{12} \times 1 - \frac{1}{2 \cdot 2} + \frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 5} - \frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 7} + \frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 5 \cdot 9} - \frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 11} + \frac{1}{2 \cdot 2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 13} &c.$$

series infinita peripheriam totam exhibens. Radicem videlicet 12 diuidi debere per 1. tum per 3. 3. tandem per 3. 3. 5., atque per 3. 3. 3. 7. deinde per 3. 3. 3. 3. 9. &c. summaque terminorum negatiuorum a summa positiuorum subtrahi, vt prodeat mensura peripheriae desiderata.

Hac lege Scholares mei & practici Cameratico Caesarei sub littera A adnexum Paradigma calculantes, Peripheriae ad Diameter, Ludolphinae exactissime correspondentem, consequuti sunt proportionem.

Si autem in serie ipsa $t - \frac{t^3}{3r^2} + \frac{t^5}{5r^4} - \frac{t^7}{7r^6} + \frac{t^9}{9r^8} &c.$ membra negatiua subtrahantur ex positiuis, ex alternatim positivo-negatiua prodibit series pura positiuia.

$$\begin{aligned} &\frac{3r^2t - t^3}{3 \cdot r^2} + \frac{7r^6t^5 - 5r^4t^7}{5 \cdot 7 \cdot r^{10}} + \frac{11r^{10}t^9 - 9r^8t^{11}}{9 \cdot 11 \cdot r^{18}} + \frac{15r^{14}t^{13} - 13r^{12}t^{15}}{13 \cdot 15 \cdot r^{26}} \\ &+ \frac{19r^{18}t^{17} - 17r^{16}t^{19}}{17 \cdot 19 \cdot r^{44}} + \frac{23r^{22}t^{21} - 21r^{20}t^{23}}{21 \cdot 23 \cdot r^{42}} &c. \end{aligned}$$

Cum

A.

A

Diu.	per 3. consequenter.	Diu. per.	ꝝ	-
V 12	= 3.464101615137754587054892	1	3.464101615137754587054892	- - - 384900179459750509672766
1	1.154700538379251529018297	3	- - - - -	- - - 384900179459750509672766
2	384900179459750509672766	5	76980035891950101934553	- - - 18328579974273833793941
3	128300059819916836557588	7	- - - - -	- - - 1295960200201180167248
4	42766686606638945519196	9	4751854067404327279910	- - - 105596757053429495109
5	14255562202212981839732	11	- - - - -	- - - 9262873425739429395
6	4751854067404327279910	13	365527235954179021531	- - - 850215435212797867
7	1583951355801442426636	15	- - - - -	- - - 80473065884338892
8	527983785267147475545	17	31057869721596910326	- - - 7787716053323118
9	175994595089049158515	19	- - - - -	- - - 766410151279418
10	58664865029683052838	21	2793565001413478706	- - - 80165790409
11	19554955009894350946	23	- - - - -	- - - 8259505678
12	6518318336631450315	25	260732733465258012	- - - 855504354
13	217277277877150105	27	- - - - -	- - - 89020735
14	724257592959050035	29	24974399757208622	- - - 9300673
15	241419197653016678	31	- - - - -	- - - 975188
16	80473065884338893	33	2438577754070875	- - - 102575
17	26824355294779631	35	- - - - -	- - - 1144
18	8941451764926543	37	241660858511528	- - - 121
19	2980483921642181	39	- - - - -	- - - 13
20	993494640547394	41	24231576598717	- - - 1
21	331164880182465	43	- - - - -	- - - 0
22	110388293394155	45	2453073186536	- - - - -
23	36796097798052	47	- - - - -	- - - - -
24	12265365932684	49	250313590463	- - - - -
25	4088455310895	51	- - - - -	- - - - -
26	1362818436965	53	25713555414	- - - - -
27	454272812322	55	- - - - -	- - - - -
28	151424270774	57	2656566153	- - - - -
29	50474756925	59	- - - - -	- - - - -
30	16824918975	61	275818343	- - - - -
31	5608306325	63	- - - - -	- - - - -
32	1869435442	65	28760545	- - - - -
33	623145147	67	- - - - -	- - - - -
34	207715049	69	3010363	- - - - -
35	69238349	71	- - - - -	- - - - -
36	23079450	73	316157	- - - - -
37	76931501	75	- - - - -	- - - - -
38	2564383	77	33304	- - - - -
39	854794	79	- - - - -	- - - - -
40	284931	81	3517	- - - - -
41	94977	83	- - - - -	- - - - -
42	31659	85	372	- - - - -
43	10553	87	- - - - -	- - - - -
44	3518	89	39	- - - - -
45	1173	91	- - - - -	- - - - -
46	391	93	4	- - - - -
47	130	95	0	- - - - -
48	43	97	- - - - -	- - - - -
49	14	99	- - - - -	- - - - -

Peripheria = 3.141592653589793238462643 ExDiā.1.oooooooooooooooooooooooo

$$\text{Ex serie } t - \frac{t^3}{3r^2} + \frac{t^5}{5r^4} - \frac{t^7}{7r^6} + \frac{t^9}{9r^8} - \frac{t^{11}}{11r^{10}} + \frac{t^{13}}{13r^{12}} - \frac{t^{15}}{15r^{14}} \text{ &c.}$$

Calculauit I. P. Fuchs, Schemnitziensis Scholaris & Practicans Cameratico Caesareus.

Cum vero sit $r=1$, id cum suis potentiis sine dispendio eiici potest: erit
igitur.

$$\frac{3t-t^3}{2} \times \frac{7t^5-5t^7}{5: 7:} + \frac{11t^9-9t^{11}}{9: 11:} + \frac{15t^{13}-13t^{15}}{13: 15:} + \frac{19t^{17}-17t^{19}}{17: 19:} \text{ &c.}$$

Divisa tum serie tota per t , mutabitur in commodiorem:

$$t \asymp \frac{3-t^2}{3.} + \frac{7t^4-5t^6}{5.} + \frac{11t^8-9t^{10}}{7.} + \frac{15t^{12}-13t^{14}}{9.} + \frac{19t^{16}-17t^{18}}{11.}$$

Quae in numeros conuersa, manente $t = \sqrt{\frac{v}{g}}$ erit:

$$\sqrt{\frac{1}{2}} \times \frac{8}{3 \cdot 1 \cdot 3} + \frac{16}{3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7} + \frac{24}{3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 9 \cdot 11} + \frac{32}{3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 13 \cdot 15} \text{ &c.}$$

Hac denique diuisa per 8. prodibit

$$8\sqrt{\frac{1}{3}} \times \frac{1}{3 \cdot 1 \cdot 3} + \frac{2}{3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7} + \frac{3}{3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 9 \cdot 11} + \frac{4}{3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 3 \cdot 13 \cdot 15} \text{ &c.}$$

Ob arcum porro 30° . gradum, in semiperipheria sexies contentum, series
denuo per 6 multiplicanda venit; vnde tandem emerget:

series Peripheriae ad Diametrum = 1 rationem exhibens. Ex qua patet membrum primum constare ex V768, diuisa per 3. 1. 3. & multiplicata per 1; secundum ex eadem V768, diuisa per 3.3.3.5.7. & multiplicata per 2; tertium ex V768 diuisa per 3. &c. donec vel minima diuisio institui potuerit, Congesta tum ex singulis membris summa, dabit genuinam Peripheriae quantitatem, datae Diametro = 1 respondentem.

Hac quoque via Scholares mei, iuxta Paradigma sub littera B adiun-
ctum, Peripheriae ad Diametrum Ludolphinam rationem accuratissi-
me elicuerunt; nempe data Diametro:

Peripheriam fore :

3: 141592653589793238462643 &c.

Qui quidem numerus, licet ob lineae Circularis ad rectam incommensurabilitatem finitus haud sit, tantus tamen est, ut in omni artium & scientiarum praxi pro infinite sufficienti haberi possit. Si enim fiat Circulus, cuius Diameter sit 100000000000 milliarium Germanorum, in determinanda Peripheria, vel vnico ictu acus non aberrabitur. Hoc vero si quis contentus haud sit, ei per Dn. *de Lagny* calculatum, Academiaeque Scientiarum Parisiensis commentariis Anno 1719. insertum commendamus. Videlicet, Diametro existente unitate cum sequentibus centum viginti septem nullis, peripheriam fore :

3. 14159265358979323846264338327950288419716939937510582097494-
4592307816406286208998628034825342117067982148086513272306647-
0938446.

0938446. vltimo tamen loco, si ponatur 6. Peripheria erit theoretice iusta minor, si vero 7. iusta maior. Cuius quidem, licet characterum numerus finitus sit, at valor eius omnem conceptum nostrum superans, respectu intellectus humani, iam infinitus est. Homini enim omne id, cuius quantitas vel terminus concipi nequit, infinitum esse iudico. Si quis autem maius adhuc infinitum desiderauerit, ei mensura Peripheriae, multis millibus characterum expressa dari potest. Sed inutilis temerariaque curiositas est, ea, quae concipere nequeas, desiderare.

Satis itaque Peripheriae ad Diametrum proportionem exacte exhibentem finitum terminatumque numerum nunquam, artium vero & scientiarum, etiam omnem, quae concipi potest sublimitatem superantem praxi, sufficientem semper dari posse demonstratum esse puto.

C

Hao

Haec autem oculatis intelligentibusque dicta sunt. Leistneriani enim moduli hominibus haec & graeca esse, & intelligi haud posse certo persuasus sum. Ne igitur surdis fabula cantetur, prudentissime ill. Dg. TVA in Epistola ad Principem de Arenberg data, Leistneriana proportionis falsitatem, simplici calculo Trigonometrico demonstrauit. At infelix *Leistnerus*, primum ut errorem saluaret, alterum magis enormem profiteri non erubuit; *Tabulas*, videlicet, *Sinuum & Tangentium*, earumque *Logarithmorum* penitus erroneas declarando; qua eius procacitate rei peritis stomachus cachinusque non moueri non potuit. Nisi bonus vir iudicii defectum, Mathefeos que ignorantiam praeui prodidisset, tabulas sinuum examinando, etiam fallacie semet suspectum fecisset. Sed ne quid iniuste dicatur, procul omni fraude doloque, sincere potius & bona fide errasse credendus. Vnueras assertiones eius, nec referri nec refelli dignas, iam ante declarauit; ne tamen iniuria se affici existimet, quam praepostere Tabulas Sinuum examinerit, paucis adtingam. Triangulum rectangulum laterum 13. 12. 5. prudenter assumit, at eius angulos, sinus, denuoque latera infelicitissime inuestigavit. Laterum mensuram plusquam millionesimis, & quasi infinitis & insensibilibus particulis determinatam desiderat, angulorum autem crassas fatis subdivisiones imprudentissime negligit. Sed forsitan latera sinibus angulorum oppositorum exactissime respondere ignorauit. Ex crassis certe principiis, nulla subtilis formabitur conclusio. Subtilem igitur desiderans laterum mensuram, subtilissime determinatos habeat oportet angulos. Ille autem in Trianguli memorati angulos inquirendo, concludit, 13 : 5 :: Sin. Tot. : 3846153 $\frac{1}{2}$. sinum anguli obliqui minoris : hunc putat respondere angulo 22. 37. ita est, sed aliquanto maiori, videlicet 22. 37. 11. 30. 20. &c. cuius complementum ad 90. dat angulum obliquum maiorem: 67. 22. 48. 29. 40. &c. Cognitis iam angulis, denuo quaerit latera inferendo; Sin. T. : Sin. 67. 23. = 9230984 :: 13 : 12. 1000000000 $\frac{2722}{2722}$. Erroneas igitur Tabulas Sinuum existimat, quod earum ope, latus 1000000000 $\frac{2722}{2722}$. iusto maius euenisset. Sed nec aliter euenire potuit; angulum enim, lateri quae sit opositum iusto maiorem assumit. Si vero conclusisset, Sin. T. : 3. 67. 23. 48.

29. 40. &c. = 9230709 $\frac{811}{1000}$:: 13 : ad latus oppositum; inuenisset mensuram eius adaequatam, nullaque parte sensibili a vera difficitem. Hac accurate, vel hallucinatione procedit etiam in exemplis sequentibus, heroice tandem concludit, Tabulas Sinuum esse erroneas. En Heroas praticos! qui Theoriam & intimorem Scientiam negligentes, vel assequi nequeunt, tandem contemnunt, ac coecorum ducum instar, dum a tramite deflectunt, minimoque scandalo pedibus obiecto concidunt, viam, quam deseruerunt, culpant & caussantur. Distinguere bonus debuisset, inter probam vel tentamen, & demonstrationem. Tentamen, siue vti dicunt Proba, fit a posteriori, seu ex effectu, quae, etiam in re verissima, errore operantis falsa institui potest. Idcirco tamen res vera esse haud definit, veluti ex infelici Trianguli calculatione Leistneriana patet. Demonstratio vero, certis firmisque argumentis innixa, a priori seu ex primis caussis & principiis deduci debet; in qua quod est verum, amplius nequit esse falsum. Homo arithmeticus probas exemplorum arithmeticorum demonstrationes esse putauit; hacque per bella demonstrandi methodo in Geometricis quoque progressi non dubitabat. Alias longe veritas Tabulae Sinuum demonstrata est, quae nullis erroneous tentaminibus & cauillationibus conuelli potest. *Leistnerus* certe satis prodidit, se tanti non esse, vt de his iudicium ferat; nec fors unquam de erroribus Tabularum cogitasset, nisi ex *Besseli* suo, & celeberrimo, cuius magnum nomen perperam & indigne usurpare audet, WOLFIO, aliud de defectibus sinuum & tangentium dici percepisset. Percepisse quidem eum certum est, sed quid dictum sit non intellexisse, multo certius.

De

B

Divid. cont. per 3.		Dia. per		Dia. per		Mult. per
V768	$\equiv -27.712812921102036695439147$					
1	9.237604307034012232146380	1	9.237604307034012232146380	3	3079201435678004077382127	1
2	3.079201435678004077382127		2051800957118669384942	7	29325727958838134070306	2
3	1.026400678559334691460709	5	2267161084641153941395	11	115196462240104903755471	3
4	3421334978531156415359		2267161084641153941395	15	6498261972518738160517	4
5	114044497617703854717896	9	5747392958778107244	19	435899925917149618617	5
6	3801483253933461839185		828209859242584237	23	22389159436678013937	6
7	12671610846411539413095	13	74495066704359417	27	257513810898844519	7
8	4123870282137179304165		6659839935255125	31	214833546298568717	8
9	1407956760712393268122	17	65028740108568	35	18579640031016111	9
10	4693189203746442707		6444289560342	39	1652381938540375	10
11	15641964007915407569	21	646175375978	43	150273343247831	11
12	52146546693051602523		65415284931	47	1391814573927	12
13	17382182231017200841	25	6679029701	51	130882923117	13
14	5794060743672400280		685694805	55	124671783811	14
15	1931353581214133427	29	70841710	59	12007078618	15
16	643784527074711142		7355183	63	1167485011	16
17	214594842358337047	33	766987	67	114469811	17
18	71531614119412349		802634	71	11306517	18
19	23843871373137450	37	82086	75	1124111	19
20	7947957124379150		8309	79	1124111	20
21	2649319041459717	41	8309	83	1124111	21
22	883106147153239		8309	87	1124111	22
23	294368782384413	45	8309	91	1124111	23
24	98122927461471		8309	95	1124111	24
25	32707642487157	49	8309	99	1124111	25
26	10902547495719		8309	103	1124111	26
27	3624182498572	53	8309	107	1124111	27
28	1211394106191		8309	111	1124111	28
29	403798055397	57	8309	115	1124111	29
30	134599351799		8309	119	1124111	30
31	44856450000	61	8309	123	1124111	31
32	14935481533		8309	127	1124111	32
33	4985161178	65	8309	131	1124111	33
34	1661720193		8309	135	1124111	34
35	553906798	69	8309	139	1124111	35
36	184635600		8309	143	1124111	36
37	61545200	73	8309	147	1124111	37
38	20515067		8309	151	1124111	38
39	6838356	77	8309	155	1124111	39
40	2279442		8309	159	1124111	40
41	759817	81	8309	163	1124111	41
42	253272		8309	167	1124111	42
43	84424	85	8309	171	1124111	43
44	28141		8309	175	1124111	44
45	9380	89	8309	179	1124111	45
46	3127		8309	183	1124111	46
47	1042	93	8309	187	1124111	47
48	347		8309	191	1124111	48
49	116	97	8309	195	1124111	49

$$\text{Ex ferit } \frac{3t^2-t^2}{3-t^2} + \frac{7t^5-t^4t^7}{5-t^2} + \frac{11t^{10}t^2-9t^8t^{11}}{9-t^2} + \frac{15t^{15}t^{11}-13t^{12}t^{16}}{9-t^2} \text{ &c.}$$

Calculated by L. Vlček Školařského Řízení a Pracovní Generálního ředitelství.

Peripheria \equiv 3.141592653589793338462643

Ex Diam. \equiv 1,0000000000000000000000000000000

De erroribus defectibusque Sinuum, Tangentium, eorumque Logarithmorum nullum vñquam conquestum esse meminimus; praeterquam quod omnibus constet, harum plerosque non nisi numeris irrationalibus & indefinitis exprimi; quod ex earum natura & origine ita fieri oportere Geometris constat. Sinus enim & Tangentes dependent ab indeterminatis Peripheriae partibus & punctis; Logarithmi vero sunt medii proportionales, *octo* inter 0. & 1. *octuaginta nouem* inter 1. & 2. *noningenti nonaginta nouem* inter 2. & 3. *nouies mille*, *noningenti nonaginta nouem*, inter 3. & 4. &c. Hos igitur, numeris indeterminatis expressos, qui erroneos existimat, pace nostra, ipsem certis finitisque numeris circumscribere dignabitur. Quod autem ita exprimi nequeant, id praxi nullum penitus errorem vel defectum sensibilem conciliat. Intelligent enim Leistneriani, Sinus, Tangentes, & Logarithmos, quos Tabulae exhibent, exactos adcuratissimosque esse, ad ultimum usque characterem, qui, ob neglectos sequentes, alibi iusto minor, vel maior ponitur. Ita Radio vel Sinu Toto existente = 1. Sinus rectus vnius gradus erit = 0.0174524064372835128194189 &c. in tabulis nihilominus communibus, compendii caussa, non nisi sex characteribus posituis primis 0. 174524. exhibetur, omnibus reliquis abiectis. Ultimus igitur 4. sinum haud claudit, sed iusto minor est, adiici enim deberet respectu totius fractio $\frac{1}{1000000000}$ &c. respectu vero ultimi $\frac{6437283512}{100000000000}$ &c. quae tamen in praxi, cum $\frac{1}{100}$ &c. ad nullam, quam ad unitatem proprius accedant, merito negligitur. Sinus item vnius minuti primi erit = 0.0002908882045634245963744 &c. in Tabulis vero primis solummodo quatuor posituis exhibetur; ultimo autem, loco 8. ponitur 9. fractio enim sequens $\frac{1}{100}$ &c. unitati quam nullae proximior est, quae ad 8. adgregata, dabit 9. Caveat igitur imposterum Leistnerus, ne ex sinibus numeros, ipsis maiores, deducat, quinimo adcurationis gratia, numerum ex ultimis Sinuum characteribus, qua imperfectis resultantem, penitus abiiciat. Sufficit sane in praxi Lineae cuiuscunq[ue] mensuram in partibus eius milliones, quod ope Tabularum communium fieri potest, exhibere. Minores autem partes deiderans, maiores quaerat Sinus; in primis si Sinibus Tabularum hactenus editarum contentus haud sit, eos multo maioribus ac pene infinitis numeris exprimenti facultatem ei & privilegium ulro *lubentes concedamus*, quinimo tanta fatigia in gratiis habebimus, quod sane praestaret facere, quam ea, quorum nec constru, etio, nec usus concipitur, cauillari.

Ut autem homini, ne constitutionem quidem usumque Sinuum intelligenti porro satisfiat, Ill. Dg. TVAE, pro innata sibi humanitate, alio multo simpliciori mecum communicato calculo, huius adeo depraedicati inuenti erorem edocere libuit. Archimedea videlicet prima communi & simplicissima methodo, ex Hexagono, cuius latus seu chorda 60° , radio aequalis, notissima polygonorum regularium, ratione dupla numero laterum crescentium, nempe 6. 12. 24. 48. 96. &c. latera determinando. Posita videlicet Diametro Leistneriana = 1225, radium fore 612. 5. tum radii \square = 375156. 25; cuius medium = 93789. 0625. dat quadratum sinus 30° , quo subtracto ex \square radii, restabit \square Cosinus = 281367. 1875. cuius radix = 530 45. — hac Subtracta ex Radio prodit Sinus versus = 82. 054. huius \square = 6723. 2025. additum quadrato Sinus recti dat \square chordae 15° , = 100021. 2650. eiusque radix = 317. 05 fit latus Dodecagoni. Eadem prorsus methodo deductum est:

Latus *interioregularis* seu figurae 24. laterum = 159. 892 \pm chord. $15^\circ. 0'$.

Latus *exterioreregularis* seu figurae 48. laterum = 80. 117 \pm chord. $7^\circ. 30'$.

Latus *interioregularis* seu figurae 96. laterum = 40. 0799. \pm chord. $3^\circ. 45'$.

Quod 96es assumptum, dabit Peripheriam totius Polygoni = 3847. 6704. Calculum huncce non verum tantum, sed, ita loquendo, plusquam verum ni-

miumque generosum deprehendi, nam ne fors habeat, quod conqueratur *Leistnerus*, singulorum Polygonorum latera, veris minora assumpta sunt.

Videat igitur ac tandem aliquando intelligat *Leistnerus*, calculo puro quadratico, quo ipse superbit, dum ad nauem usque zenzisat in solo 96, laterum regulari polygono, posita ipsius Diametro = 1225. Peripheriam fore 3847⁷⁷₁₀₀. Cum autem arcus quamcunque exigui, chordas suas superent, circuli Polygono circumscripsi Peripheria multo maior erit, quam ille = 3844. pertinaciter statuit. Sed ne semper multumque contra *Leistnerum* egisse videamur, id quod multorum annorum tempore tam sollicite frustra inuestigauit, ut adsequatur, iuuandus est. Et ne nihil fecisse videatur, gloriam inuentae Diametri = 1225, quae forsan pro contestata haec tenus Geometrica eruditione sufficiet, ipsi concedamus; eumque thesauro desideratissimo inuentae ad suam Diametrum Peripheriae donemus. Accipiat igitur eo, quo ipsi offertur prompto animo. Peripheriam Diametro 1225. competentem esse 3848⁴⁵¹₁₀₀₀. vel in numeris integris: Data Diametro 1225000. Peripheriam fore 3848451.¹₁₀₀₀. &c. optime & proxime. Quae septem tantum characteribus constans, ad veram tam prope sicuti decem Ludolphiani numeri accedit, Ob diuisionem nihilominus per Diametrum instituendam, ad praxin minus commoda euadit.

Ne autem quis nos vano affectu abreptos, moderationem excedere, acrius cum bono viro agere, eique male velle existimet: *Leistneri* personam, mihi quidem ignotam, me quantum decet reuereri, meque ipsum, qua hominem, sed non qua Geometram, erroribus aequo obnoxium profiteor. Qui etiamsi plura ignorasset, aut qua sui generis Geometra magis errasset, velut humani quidpiam passo facile ignosci bonique consuli posset. Homines enim Philosophos & Geometras *Leistnero* maiores, *Cardinalem Cusanum*, *Orontium Fineum*, *Josephum Scaligerum*, *Thomam Gephirandrum*, *Thomam Hobbes*, *Gregorium a S. Vincentio*, *G. A. Rohrbergum*, *Dan. Vaoyle*, aliasque hos ipsos Leistnerianos paralogismos, commisissae & propugnasse constat. Errare namque humanum, sed errorem confiteri nolle, in eoque perseverare velle homine indignum est. Sed ne id quidem nostri quidquam refert, num quis errores suos agnosceret, eosque deserere velit aut nolit. Sibi enim quisque bonus malusue prudens vel imprudens reputandus. *Quinimmo Leistnerus* sua commenta proferens, commiserationem magis, quam indignationem meruisse, si sibi soli prudens videri voluisse, tantumque virus, iniurias, & calamitas in veterum recentiorumque celebrium virorum merita & nomina, immo in Scientias ipsas non eructasset. Antequam enim scriptitare incepisset, ab Ill. Dg. TVA, & RR. PP. S. I. Schmeltzero & Toschio, insignibus Mathematicis iam defunctis, ut sibi parcat, neque tam absurdis assertionibus nomen suum prostituat, monitus & rogatus; tantum abest, ut benevolis consiliis obtemperasset, ut primo statim impetu amicos fautores suasoresque suos, effrons & ingratus contemptissime habere, & adgredi non dubitaret. Ad modestissimam tandem ab Ill. Dg. TVA censuram vocatus, vltro se adeo indigne ferociterque gessit, ut qui, re cognita, tam inconuenienti non moueretur processu, vel lapis vel *Leistnerus* esset. Bene quidem mihi constat, nec latratu obscurari Solem, nec calcitratu loco moueri Lunam. Sed agit res, non admodum communis & obvia, aut cuilibet perspecta. Quorum enim haec perspexisse nil interest, facile tantis asseuerationibus & cauillationibus fidem dare possent. Exteri quidem concipere nequeunt, qui fiat, quod seculo, quo Scientiae, in primis Mathematicae, summum quasi culmen contigisse videntur, homines tamen reperiantur, qui tantis leuitatibus tempus terere, tam inepte argumentari, tam vilia erroneaque commenta proferre defendere orbique eruditio obtrudere non erubescant; & quod maximum est, abiectissimae caussae patronos nanciscantur.

Sed vtinam scenam solus vel aperuisset, vel clausisset *Leistnerus*, sui enim generis hominum mathematice sapere semet existimantium, tanta est vndequaque copia, ut cultioribus ingenii id saepius eueniat, quod examine Scarabaeorum obscurato soli. In primis dum nec erroris nec veritatis conscientia utri,

utriusque arbitri esse volunt. Quibus semper fabulosae assertioni credere, quam in veritatem inuestigare pronius multoque facilius videtur. Similes similibus gaudere, omnesque ignaros scientiarum osores esse vetustissima & verissima sunt prouerbia.

Eo iam deuentum est infelicitatis, vt solidiores scientiae pro inani theoria speculatione imaginatione & persuasione habeantur; omni vero fundamento destitutae machinationes ac molitiones pro artibus practicis venditentur. Quod anima & corpus in homine, id theoria & praxis sunt in scientia & arte, omnique humana actione, tantumque illa paeferenda huic. Theoria enim etiam sine praxi diuinum; haec vero sine illa brutis etiam commune quid est. Rusticus & pecus arantes in eadem versantur praxi, illeque ab hoc sola theoria differt. Theoriam ergo spernens, solamque praxim affectans, in hominum vel pecudum referendus sit classem viderit. Hoc enim serme solo in actionibus nostris ea superamus, quod illarum & finem & causas cognoscere queamus. Indignum certe homine est quicquam luscipere, in eius autem originem haud inuestigare. Veteres tantum discrimen inter theoriam & praxim ponebant, vt hanc ne homine quidem ingenuo dignam existimarent. Hinc adeo inuectus est Plato in *Eudoxum* & *Archytan* primos practicos

ἀποθαύτας καὶ διαφθίζεντας τὸ γεωμετρικὸν ὄφελον, ἐπὸ τὸν αὐτομάταν καὶ ρυτὸν ἀπο- Plutarchi in
διδασκαλίην ἐπὶ τῷ αἰσθητᾷ, καὶ προσχειρήνην αἴθις αὖ σώματ, πολῆς καὶ φρεσκῆς βανάνου M. Marcell.
ἄργιας δειπνόν τανquam perdentis, & corrumptentes Geometriae bonum, quae (hoc p. m. 305.
pacto) nōs, quae corpore libera essent, & intelligibilia, relictis, ad sensu obnoxia lit. E. Lutet.
converteretur, corporaque rursum assumeret, ubi multum odiosi otii sordidique re- Parisi. 1624.

quireretur. Neque alias animatus erat, in practicorum operatorumque genus
Aristoteles: βάνανον δὲ τὴν τίνας δοῦ τεῦτο νομίζειν, καὶ τέχνην ταύτην καὶ μάθητον, δοτα
τρέψας χειροῖς καὶ τὰς πράξεις τὰς ἀρετῆς, ἀχρηστὸν ἀπεργάζεντα τὸ σῶμα τὸν ἐλευθέρου,
ἢ τὸν ψυχὴν, ἢ τὸν διάνοιαν. διὸ τὰς τὰ ποιῶντας τέχνας, δοτα τὸ σῶμα πραγματευόμενον χαῖρεν
διακοσθα, βανάνους καλέμεν, καὶ τὰς μιτιδαικας ἵερατας. ἀσχολον τὰς ποιεῖσθαι διάνοιαν
ταπεινόν. Sordida autem ac servilis qualevis & functio & ars & disciplina judicanda est, quae ad munus virtutis & opus liberi hominis & ingenui corpus ineptuna itemque animum & mentem inhabilem reddit. Itaque artes eiusmodi, quae corpus deterius efficiunt & inquinant, omnesque mercenarias operas in sordidis & servilibus rebus numerantur. quia mentis contemplationes negotiis & laboribus impediunt, eamque abiiciunt & dimituntur.

Ad perficiendum quidem animum nihil, ad deprimentum vero quam plurimum operationem conferre certum est. At in societate vitaque communis theoria sine praxi, anima est sine corpore. Quae, licet quamcunque purus subtilis elegans & perfectus esset spiritus, nobis tamen hic viuentibus, sensibus organis & membris destituta, nil prodebet. Id de theoria quoque pura censendum; quae licet quidem sibi esset absolutissima speciosissima & iucundissima, nisi semet in praxin & usum exerceat sciatur, pro umbra specieque vana habenda est. Intellectum enim & rationem Creator optimus non inani solummodo speculationi meditationi delectationique indulxit, verum ea hominem a brutis pecudibusque distinxit; vt, velut haec instinctu & necessitate quadam naturali, quae agunt, nisi externe cogantur vel impediantur, agere debeat, ita homo vt quid agere debeat, prius videat; secus actiones eius, brutalibus sequiores deterioresque evadere possunt. Illa enim caussarum finiumque ignara in suis vix unquam errant; homo autem nisi propositi caussas prius cognoverit, sufficienter perpendeat, rationes subduxerit, finem respexerit, effectus & euentus praeuiderit, a via modo & scopo facillime deflectet & aberrabit.

Infelicissimi itaque sunt quicunque rationem sanam, id est propositi scientiaeque suae theoriā (inter hanc enim & illam discrimen aliud video nullum, quam illam esse facultatem a Deo inditam, hanc autem eam ipsam, modis viisque a Deo concessis, excultam & exercitatam) deferentes, tentaminibus, fatis & euentibus semet committunt. Id genus hominum quanto infortunio damno ac detimento societatis artium & scientiarum sit natum, quotidiana loquuntur exempla. Per eos enim tantum abest, vt noua vitae ar-

tiūm.

D

tiumque adminicula inueniantur, ut inuenta etiam & approbata denuo rei-
ciantur reprobentur & sepeliantur. *Leibniz*, qui occasionem digressioni
dedit, exemplo esse potest. Infelix rerum status esset, vbi ita sensatis atque
comparatis artium operationum effectuumque judicium relinqui continge-
ret. Media enim, partim a natura ipsa monstrata, partim vero industria alio-
rum detecta, sub examen vocantes, temere institutis experimentis, defectu-
um caussas obseruare nequeentes, vel vana pericula metuentes, ab optimis
destinationibus desistunt. Alibi vero falsa quacunque specie decepti, prodi-
giosos sperantes effectus, contra naturae leges aduerso torrente nituntur;
tandemque multa temporis sumtuumque iactura post festa sapiunt, rem qui-
dem non succedere videntes, veras tamen impedimentorum caussas ignorantes.
Vbi autem negotia ratione geruntur cunctaque obstacula vel adminicula prae-
cie obseruantur ponderantur & suppulantur, quacunque occasione exigen-
tia ac necessitate praesto erit consilium, vixque unquam perperam ac sine
effectu quid instituetur; ac si quid haud praeuisus immutet casus, is quan-
tum valeat, numque aueruncari limitari vel rem impedire queat primo con-
spectu patebit.


Sed multa in *Theoria vera putantur*, quae tamen *praxi falsa declarantur*.
Vulgatissima, sed peruersissima, in contemptumque scientiae & excusationem
ignorantiae excogitata haec esse videtur regula. Nam prout ex *theoria fal-
sa* nunquam *praxis vera*, ita ex illa *vera* atque genuina haec nunquam *falsa*
sequi potest. At contrarium confirmat *experientia*. Ita est, sed Empiretico-
rum vanam persuasionem conjecturam & opinionem, pro fundamento action-
um suarum ponentium. Ex principio enim: *putaram*, finis plerumque pro-
uenit: *non putaram*; in *praxi tamen exercitatis multa feliciter cedunt*. Caecum
quoque frequenter trito tramite ad metam peruenturum quis negauerit? at
si eum vel casus fortuitus a via auertat, vel in ignotum obicem incidat,
grauiter impingens & collapsus vel longe deflectens, quo tendebat, aut nun-
quam, aut non sine periculo & discrimine penetrabit; oculatus vero quid-
quid obstare potest a longinquu praevidebit remouebit vel euitabit; quin-
immo & nouas, sibique & aliis prius haud visas & visitatas vias, si lumine,
quo gaudet, recte ac circumspete usus fuerit, tuto ingredietur. Quam in-
felix periculosaque sit sine *praevia fundamentali ac demonstrativa co-
gnitione* rerum executio, infinitis quotidianis & continuis illustrari posset
exemplis; *unicum autem*, quod solenne nostris evenit temporibus, sufficeret
potest. De figura Telluris, inde a scientiarum origine agitata, at nunquam
decisa fuit quaestio. Rex tandem Galliarum *Ludovicus magnus*, tantae quae-
stionis decisae gloriam suam facere volens, Academiae Scientiarum eius de-
terminationem demandauit. Viri igitur omni exceptione maiores, summi-
que Mathematici, practice & a posteriori seu ab ipsa dimensione *vnius* partis
Meridiani, sumtu adparatuque ingenti tantum opus exorsi, plurium anno-
rum exantlato labore, concluserunt: Figuram Telluris Sphaeroidaeam esse,
cuius Diameter maior per Polos, minor vero per Aequatorem transeat.
Newtonus, *Hugenius*, aliisque, solemnisima hacce determinatione haud moti,
in musaeis suis delitescentes, ex certis indubitatisque principiis contrarium
asserebant; maiorem, videlicet, Telluris Diametrum per Aequatorem, mino-
rem autem per Polos transire debere. Res plerisque satis ardua videbatur,
cuinam parti adhibenda esset fides. Illi enim summa exactio & experien-
tia practica; hi vero solidissima demonstratione theoretica nitebantur. Il-
lustris Dg. TVAE monitu recordor me quoque in quaestionis huius veritatem
inquisuisse, ex legibusque grauitatis & motus Telluris vertiginis, scripto Illu-
stri Dg. TVAE oblate, demonstrasse figuram Meridianorum terrestrium Ellip-
sin veram ac genuinam, Diametrum minorem inter polos, maiorem vero in
Aequatore habentem esse. Ita denuo controversa facta Academiae Parisien-
sis decisione & experientia, nunc feliciter regnans Gallorum Monarcha, inti-
mioris Ministerii sui suasu, nouam controuersiam Academiae suae deciden-
dam commisit; sumtibusque haud parcendo, Virorum Illustrium ac erudi-
torum duas expeditiones, in *Americanam* sub Aequatorem vnam, ac in *Laponiam*
ver-

versus Polum Arcticum alteram mitti iussit. Americanos quidem hucdum rediisse haud constat. A Polo autem reduces rem cum Theoria Newtoniana, Hugeniana, aliorumque exacte conuenire, sumtuosissimam autem dimensionem practicam veritati contrariam esse nos edocuerunt. Si tantis, tam exquisitae eruditionis viris, Mathematicisque consummatissimis, solemini & extrema adcuratione operantibus, at ex sola praxi & experientia concludere volentibus haec euenire potuere, quid quaeso a practicis vulgaribus nulla scientia imbutis expectandum?

Haec autem haud a quoquam ita intellecta esse volumus, ac si omnem praxim operationem exercitationemque vili penderemus; quin potius mens & intentio nostra eo tendit, vt praxi cuicunque semet applicaturi, solidam Theoriam praemittant, hacque adiuti, in operationibus eo tutius progrede queant. Intimioris vero scientiae contemu, ignorantiam erroresque suos prout *Leistnras* fecit, palliare caueant. Bene in scientias animatos hisce me haud offendisse puto, maleuoli autem earum osores, id quo offendentur, sibi omnino dictum existiment. In *Leistneri* animo haec quid sint effectura, iam praesagio. Celeberrimus WOLFIVS cum de ausibus Leistnerianis inaudiuisset, proportionem eius Peripheriae ad Diametrum, eo ipso falsam & satis refutatam pronunciauit, quod cum Ludolphina non conueniret. Haec enim, cum variis calculandi methodis, imprimisque diuersis seriebus infinitis semper vera & adaequata deprehensa sit, eam qui impugnat, calculum omnem in primisque infinitorum, & vna sanam rationem conuellere tentat. Id ipsum *Leistnerum* facturum, nil certius habeo. Nam cum Illustris Dg. TVA eum simplicissimo calculo Trigonometrico refutasset, Tabulas Sinuum, quas & ipse quidem intelligere pretendit, reiicere aulus est: hancce meam serierum infinitarum methodum conspicio, cum horum intelligat nihil, calculum infinitorum eo audacius ac pertinacius commentitium falsum atque erro-neum declarabit. Atque ita, quod fors adhuc dementiae deerat, adimplebit.

DEVS autem Optimus Maximus, scientiarum artiumque Sator Statorque summus mentes eas sincere sectantium coelesti sua collustret gratia, eisque fomenta augmenta & incrementa, in sui ampliorem cognitionem & celebrationem, societatisque & boni publici ampliationem addat; Illustrum vero Dign. TVAM earum decori, sartam tectamque conferuet,

Dabam SCHEMNITII IN MONTANIS Hungariac
die 24. Aprilis 1739.





POSTERIOR EIVSDEM EPISTOLA.

Expedita iam ad Ill. Dg. TVAM prolixiori de Quadratura Circuli Epistola, tertium Leistneri scriptum, rudi Dialectico Germanica, genio suo satis competenti, Sechs und Neunzig - Ecclite Ausrechnung nuncupatum (a) ad me delatum est. Quo perlustrato, indignitate rei motum poenitere me coepit Leistneriana unquam meminisse. Molimina quidem eius multo semper inferiora feci, quam ut oculos auresque geometricas, vel prudentis cuiuspiam eruditique excussionem mererentur. Quod autem hanc in rem a nobis non nulla dicta sunt, id non scriptorum Leistneri, sed curiosorum, haud forsitan satis informatorum, gratia factum est. Si cui Leistneri merita scire libuerit, perque taedium bilem & nauseam licuerit, Leistneriana legat. Me certe mens & verba deficerent, si controversiae huius vilitatem prosequi conarer. Tertio hocce scripto, calculatione in primis ~~Euclidis~~ Rayors, & Trianguli Pythagorei, edocuit se iam, non uti quondam putabam, bona fide, id est ex sola geometricae historiae aliarumque scientiarum ignorantia, sed sponte & deliberate errare, erroribusque veritatem subplantare velle. (b) Procacitate, qua in veteres grassatus est, haud contentus, recentiorum quoque ac viventium celebrium virorum sincera de inuentis suis iudicia impudenter peruertere, in sensum contrarium agere, ad suas partes detorquere, palamque cauillari non erubescit. Scriptum suum in folio multis necdum conspexisse dolet; de eo autem gratulari sibi deberet. Oculatus enim quicunque primum dum vidit, in quarto Leistnerum errasse observavit; viso secundo, in folio eum errasse dicet; ex tertio vero, errare eum bis in folio iudicabis. Habeat itaque solus quae sitam sibi gloriam. Ego sane Germanus si essem, patrium abnegare nomen, quam de laudibus eius participare mallem. Habebit tamen apud Geometras eam, quam Herostratus ex incendio templi Diana, vel Pausanias de Philippi caede, perennem memoriam. Ex propositionibus Leistneri, ad stomachum Geometris movendum propinans, plus sperare possent Pharmacopolee lucri, quam ille ex Quadratura sua praemii. Patronis sequacibusque eius de perditis in re adeo vili & erronea tantis adplausibus & elogius (c) ex animo condoleo, utque excellen- tiam Algebrae & Geometriae, quam illi quidem, nescio quibus oculis viam, in scriptis Leistneri venerantur, seque eam vel summo in gradu possidere, vel penitus ignorare, magno cum respectu fatentur, alibi alias & melius cognoscere & admirari addiscant suadeo. Dabam ex valle Raischau ad Schemnitzium d. 6. Jun. 1739.

E NV.

(a) Wienn gebruckt bey Jo. Bapt. Schilgen 1738. in fol.

(b) Praesertim pag. 26. lin. 17.

(c) Pag. 26.

NVCLEVS CONTROVERSIAE DE QVADRATVRA CIRCVLI.

Appendicis loco subiunctus.

Prodiit (a) anno MDCCXXXVII. Quadratura circuli, sive diametri ad circumferentiam proportionem definitam per numeros quadratos 1225 ad 3844, patulopost breuiter confutata (b) per tabulas sinuum. (c)

Eodem anno auctor quadraturae alium edidit librum, (d) quo inuenit suum vindicare contendit, & omnem iecirco lapidem mouens, ipsas quoque tabulas sinuum, huic quadraturae infensas, ut falsas denunciat; quod, ubi probare nititur, sua in se tela retorquet, dum nullum sensibilem in tabulis naeum, sed suam in earum usu imperitiam ipsem detegit, ut ostenditur in notis, in eundem librum vulgatis, (e) in quibus, etiam independenter a tabulis sinuum, ex data diametro 1225. elicetur ambitus polygoni regularis 96. laterum maior quam 3847. earundem partium; proinde adhuc maior euincitur circumferentia circuli, hoc polygonum ambientis.

Nec tamen huic simplicissimo calculo acquieuit auctor quadraturae, quippe in tertio suo libro, nuper edito, (f) huius polygoni calculum aggressus est acri, sed irrito conatu. Postquam enim conuenerat cum anonymo in mensura lineae AD, (g) enormiter errauit in eiusdem lineae quadrato; siquidem ponitur 66322025, quando 67322025. poni debuisse. Quomodo auctor in arithmeticā versatissimus insigne hoc erratum commiserit, quomodo commissum in examine non deprehenderit, vel deprehensum corrigere noluerit, alii forsan disquirerent. Monitus quidem fuit, & adhuc expectatur ut corrigat (non quidem dolo & fuso, ut in aliquot exemplaribus per adiectas in spatio, quod forte vacuum remanserat, litteras & numeros scilicet $\pi = 100$. vor 2. Prl. BD.) (h) sed ponendo verum quadratum lineae AD. Quod si praestabit, ut virum decet ingenuum (siquidem proclive omnibus esse errare in calculo scimus, & hanc veniam perimusque damusque vicissim) si quoque reliqua errata, inde orta in sui ratiocinii progressu emendabit, certissime inueniet ambitum Polygoni propositi maiorem quam 3847. & consequenter adhuc maiorem circumferentiam circuli,

(a) Die von Anbegin der Welt für unmöglich gehaltene / nun aber durch die Gnade Gottes / und emsiges Nachforschen in Möglichkeit gebrachte Quadratur des Circulus / erfunden ic. von Joseph. Ignatio Carl von Leistner . . . Wien. beym P. Jo. Kaliwoda 1737. in 4.

(b) Brevis Confut. Quadrat. Circul. nuper editae a Dom. I. I. Leistner. in 4.

(c) In qua corrigendus est error p. 7. qui irrepsit in excerpto logarithmo sinus 1°. 52'-30"., qui est 85148011, unde prodit ambitus polygoni, circulo inscripti plusquam 3847.


(d) Unwiderruflicher / wol gegründeter / und ohnendlicher Beweis der wahren Quadraturae des Circulus. . . . von Josepho Ign. Carolo de Leistner. Wien bey Jo. Ign. Hepinger 1737. in 4.

(e) Numercken über die ohnlangst in Wien zu öffentlichen Druck besorberten Beweis der Quadratur des Circulus. Wien bey Gregori Kurzböck/ 1737. in 4.

(f) Die Sechs und Neunzig Ecclite Ausrechnung . . . , dann die hierüber auforderliche Beantwortung . . . von I. I. C. a Leistner . . . Wien bey Jo. Bap. Schleggen 1738. in fol.

(g) Die Sechs und Neunzig Ecclite ic. cit. p. 26.

(h) Cur enim, p. 26. & quænam duo parallelogrammæ, quæ numerum 100. præcise compleant, & quadrato lineæ AD subtrahi debeant, nemo intelligit. Deinde si quadratum AD. ita mutiletur, quomodo ei addendo, ut iubetur, quadratum lineæ BD. prodire poterit quadratum lineæ AB? Potest quidem per subtractionem ex quadratis laterum BC & AC, sive ex duplo unius elici quadratum tertii lateris AB, subtrahendo nempe duplum rectanguli ACD a duplo quadrati radii, non autem mutilando quadratum lineac AD.



cuius Diameter 1225. nihil suffragantibus tribus eius fautoribus, (i) qui si maluissent sapere, inuentum examinare, priusquam de laurea, ipsi male adiudicata gratulari debuissent. Idque ut ipsi cognoscant, quippe ut Geometriae tyrones huic veritati testimonij reddere valeant, subditur eiusdem Polygoni calculus integer & expansus, a Publicis huius Vrbis Mathematicis diligenti praemissso examine approbatus atque subscriptus, quo euidenter ostenditur ambitum Polygoni regularis 96. laterum, inscripti circulo, cuius Diameter sit 1225. partium aequalium, maiorem esse quam 3847. earundem partium; vnde proportio Leistneriana Diametri ad circumferentiam, ut 1225 ad 3844 manifesti erroris conuincitur.

Porro quia numerorum irrationalium radices verae non dantur; (ideo enim irrationales sive surdi vocari solent) & heic non agitur de vero sive praeciso polygoni ambitu, sed de alio, qui vero manifeste sit minor, consulto adhibentur radices, quandoque veris maiores, quandoque minores & semper in favorem propositae quadraturae. Computus autem procedit per arithmeticam decimalem, utpote omnibus obuiam atque facillimam.

Radio itaque BC, cuius mensura 612.5¹ (nempe semissis propositae diametri 1225) descriptus concipiatur arcus BAL, cuius chorda BL ipsi radio BC sit aequalis, adeoque subtensa 60°. inuenientur: —

E 2

I.

(i) Praeterea pag. 27. lin. 12. profertur lineam EF esse quartam partem lineae AD, quod falsum est per sequens

THEOREMA.

Si sumatur in circumferentia dati circuli arcus quilibet BEA dimidium alterius BAR. Fig. 2. sagitta EF arcus dimidii maior erit quarta parte sagittae AD arcus dupli.

DEMONSTRATIO.

1. Secta bisariam in Q reliqua semisse AQR, ut sint arcus omnes BE, EA, AQ, QR aequales, erunt anguli pariter ab iis subtensi, o, p, q aequales, adeoque angulus ACE, qui a sagittis AD, & EF, in centro C. concurrentibus continetur, aquabatur duobus simul angulis o, p, sive toti angulo EBM.
2. Quoniam sagitta EF chordam AB normaliter secat in F, triangula BFM, BFE, ob angulos ad F rectos, nec non o, & p aequales, & latus BF commune, habebunt latera FE & FM, aequalia, reliquosque angulos E & M aequales, adeoque triangulum BEM erit isocelles.
3. Ducta recta FL, parallela sagittae AD, quae chordam BQ secet in N. erit angulus MFN aequalis alterno C, sive angulo EBM, & ob angulum M communem, reliquis N aquabatur reliquo E, sive M adeoque latus FM lateri FN, sive lateri EF erit aequalis.
4. Ob parallelas FL, & AD, erit BF : BA :: FL : AD; sed BF est dimidium chordae BA, ergo FL dimidium quoque sagittae AD.
5. Est autem in triangulo FNL rectangulo in L, hypotenusa BF maior erit BL, & ob angulos p & q aequales, basis FL inaequaliter secatur a recta BM, erit igitur FN, sive ipsi aequalis FE : ad ML :: BF : BL; consequenter EF maior dimidio FL, quae ostensa est aequalis semissi AD. ergo sagitta EF maior est dimidio dimidii, sive quarta parte sagittae AD. q. e. d.

I.

AB Subtenfa 30°. siue latus Dodecagoni regularis.

Radius CDA subtensam BL 60°. bifariam secans, & ad ipsam perpendicolaris est, & arcum BAL bifariam fecat in A; arcus itaque ABE 30°. & AB latus est dodecagoni regularis.

Igitur in triangulis rectangularibus BDC, BDA, crus BD commune habentibus, datis BC 612.50ⁱⁱ, & BD 306.25ⁱⁱ per 47. lib. I. Elem. Euclidis elicitur crus aliud CD 530.44ⁱⁱ cum fractione iustae propinqua $\frac{521}{1080}$ vel $\frac{521}{1080}$ quarum prior nonnihil excedit, posterior tantillum deficit; utramque tamen multo minor est quam $\frac{1}{10}$. Proinde sumendo 530. $\frac{45}{10}$ manifeste sumitur recta CD vera maior; adeoque si subtrahatur a radio CA remanet AD 82.05ⁱⁱ vera minor. Ex curibus autem BD, & AD prodit subtensa AB 317.05ⁱⁱ vera minor.

$$\text{Radius BC } 612.50^{\text{ii}}$$

$$\underline{612.50}$$

$$\underline{\underline{3062.500}}$$

$$\underline{12250}$$

$$\underline{6125}$$

$$\underline{\underline{36750}}$$

$$\square \text{ Rad. BC } \underline{\underline{3751562500^{\text{iv}}}}$$

$$\frac{1}{4} = \underline{\underline{937890625^{\text{iv}}}} \quad \square \text{ lin. BD}$$

$$\square \text{ lin. CD } \underline{\underline{28.1367.1875.}}$$

$$\underline{\underline{R. 530.44^{\text{ii}} CD}}$$

$$\underline{530.44}$$

$$\underline{10} \quad \underline{31} \quad \underline{212176}$$

$$\underline{106} \quad \underline{4671} \quad \underline{212176} \quad \text{Proba.}$$

$$\underline{1060} \quad \underline{43027} \quad \underline{159132.}$$

$$\underline{10608} \quad \underline{5939} \quad \underline{265220}$$

$$\underline{\underline{5939}}$$

$$\underline{\underline{2813671875}} \quad \square \text{ lin. CD}$$

$$\square \text{ radio AC } \underline{\underline{612.50^{\text{ii}}}}$$

$$\text{subtrah. CD } \underline{\underline{530.45}} \quad \text{mai. ver.}$$

$$\text{remanet AD } \underline{\underline{82.05^{\text{ii}}}} \quad \text{min. ver.}$$

$$\underline{8205^{\text{ii}}}$$

$$\underline{8205}$$

$$\underline{\underline{41025}}$$

$$\underline{16410.}$$

$$\underline{65640} \quad \underline{\frac{1}{2} \frac{1}{2}}$$

$$\underline{\underline{67322025}} \quad \square \text{ lin. AD}$$

$$\underline{\underline{937890625}} \quad \square \text{ lin. CD}$$

$$\square \text{ lin. AB } \underline{\underline{10,05,21,26,50}}$$

$$\underline{\underline{R. 317.05^{\text{ii}} = AB}}$$

$$\underline{31705} \quad \underline{\frac{1}{4} 158.525^{\text{ii}}}$$

$$\underline{62} \quad \underline{442} \quad \underline{\underline{158525}}$$

$$\underline{6340} \quad \underline{32265} \quad \underline{221935}$$

$$\underline{5625} \quad \underline{31705} \quad \underline{\underline{95115}}$$

$$\underline{\underline{5625}}$$

$$\underline{\underline{1005212650}} \quad \square \text{ lin. AB}$$

$$\underline{\underline{\frac{1}{4} 25130316250}} \quad \square \text{ dimidij AB.m.v.}$$

I L.

I I.

AE Latus .*Polygoni regularis* 24. laterum , sive
chorda 15° .

Latera AB secto quoque bifariam in F, & ducto radio CFE inuenitur in triangulo rectangulo CFA crus CF 591.63^m maius vero, & residuum EF 20.869 vero minus. Deinde in triangulo AFE innotescit latpus AE 159.892^m minus vero.

AF	1 5 8.5 2 5 ^{III}	HA
	1 5 8.5 2 5	
	7 9 2 6 2 5	
	3 1 7 0 5 0	
	7 9 2 6 2 5	
	1 2 6 8 2 0 0	
	7 9 2 6 2 5	
	1 5 8 5 2 5	
□ lin. AF	2 5 1 3 0 1 7 5 6 2 5	min. ver.
□ radii	3 7 5 1 5 6 2 5 0 0 0 0	
□ lin. CF	3 5, 0 0, 2 6, 0 7, 4 3, 7 5	

10	100	R3	591.630
118	192		591.630
118 ²	7450		17748906
118 ³ ²	35514		354978
118 ³ 26	17475		59163 Prob.
		532467	
		295815	

Radius	6 1 2. 5 0 0 m	2 9 3 0 1 5	1 7 4 7 5
CF	5 9 1. 6 3 1 mai. ver.	3 5 0 0 2 6 0 7 4 3 7 5	
EF	2 0 8 6 9 vero minus.	1 0 0 1 0	
	2 0 8 6 9	1 0 0	
	1 8 7 8 2 1	1 0 0	
	1 2 5 2 1 4 2 2	1 0 0	
	1 6 6 9 5 2 4 4	1 0 0	
	4 1 7 3 8	1 0 0	
□ lin. EF	4 3 5 5 1 5 1 6 1 min. ver.	2 0 1 0 2	
□ lin. AF	2 5 1 3 0 1 7 5 6 2 5 min. ver.	1 0 0 0 0 0	
□ lin. AE	2, 5 5, 6 5, 6 9, 0 7, 8 6 min. ver.	1 0 0 0 0 0	

E

三

III.

**AG Latus Polygoni regularis 48. laterum, siue
chorda 7°. 30'.**

Ducto alio radio CHG per punctum medium lateris AE, eruitur in triangulis rectangulis AHC, AHG latus CH 607.261ⁱⁱ vero maius, & residuum GH 5.239ⁱⁱ. vero minus, deinde latus AG. 80.117ⁱⁱ. min. ver.

$$\begin{array}{r}
 \text{AH} \quad 7\ 9\ 9\ 4\ 6^{\text{in}} \\
 \text{AH} \quad 7\ 9\ 9\ 4\ 6 \\
 \hline
 4\ 7\ 9\ 6\ 7\ 6 \\
 3\ 1\ 9\ 7\ 8\ 4 \\
 7\ 1\ 9\ 5\ 1\ 4 \\
 7\ 1\ 9\ 5\ 1\ 4 \\
 \hline
 5\ 5\ 9\ 6\ 2\ 2
 \end{array}$$

lin. AH 6 3 9 1 3 6 2 9 1 6 min. ver.
 radii AC 3 7 5 1 5 6 2 5 0 0 0 0
 lin. CH 3 6,8 7,6 4,8 8,8 7 0,8 4 mai. ver.

$$\begin{array}{r}
 1\ 2\ 3 \quad - 8\ 7\ 6 \quad R. 6\ 0\ 7\ 2\ 5\ 0^{\text{in}} \\
 1\ 2\ 0 \quad 3\ 1\ 5\ 8 \quad 6\ 0\ 7\ 2\ 6\ 0 \\
 1\ 2\ 1\ 4 \quad 7\ 3\ 0\ 4\ 7 \quad 3\ 6\ 4\ 3\ 5\ 6\ 0\ 0 \\
 1\ 2\ 1\ 4\ 4 \quad 8\ 7\ 9\ 4\ 8\ 4 \quad 1\ 2\ 1\ 4\ 5\ 2 \\
 1\ 2\ 1\ 4\ 5\ 2 \quad 4\ 2\ 5\ 0\ 8\ 2 \quad \text{Prof.} \\
 \hline
 3\ 6\ 4\ 3\ 5\ 6 \quad 1\ 7\ 9\ 4\ 8\ 4 \\
 \hline
 3\ 6\ 8\ 7\ 6\ 4\ 8\ 8\ 7\ 0\ 8\ 4 \quad \square \text{lin. CH}
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 \text{Radius } 6\ 1\ 2\ 5\ 0\ 0^{\text{in}} \\
 \text{CH } 6\ 0\ 7\ 2\ 6\ 1 \text{ mai. ver.} \\
 \hline
 \text{GH} \quad - 5.2\ 3\ 9 \text{ min. ver.} \\
 \text{GH} \quad 5.2\ 3\ 9 \\
 \hline
 4\ 7\ 1\ 5\ 1 \\
 1\ 5\ 7\ 1\ 7 \\
 1\ 0\ 4\ 7\ 8 \\
 2\ 6\ 1\ 9\ 5
 \end{array}$$

lin. GH 2 7 4 4 7 1 2 3 min. ver.
 lin. AH 6 3 9 1 3 6 2 9 1 6 min. ver.
 lin. AG 6 4,1 8,8 1,0 0,3 7 min. ver.

$$\begin{array}{r}
 R. 8\ 0\ 1\ 1\ 7^{\text{in}} \quad \text{min. v. \& AK} \\
 8\ 0\ 1\ 1\ 7^{\text{in}} \quad 40.0585^{\text{iv}} \text{ min. v.} \\
 \hline
 1\ 6\ 0 \quad - 188 \\
 1\ 6\ 0\ 2 \quad 2800 \\
 1\ 6\ 0\ 2\ 2 \quad 119793 \\
 \hline
 76348
 \end{array}$$

5 6 0 8 1 9
 8 0 1 1 7
 8 0 1 1 7
 6 4 0 9 3 6
 7 6 3 4 8

6 4 1 8 8 1 0 0 3 7
 1 6 0 4 7 0 2 5 0 9 2 5

\square \text{lin. AG} \quad \square \text{lin. AK min. v.}

III

IV.

I V.

*AI Latus Polygoni regularis 96. laterum siue
subtensa 3°. 45'.*

DEmum bifariam secto in K latere AG, & per K ducto radio CKI noua prodeunt triangula rectangula AKC, AKI, in quibus primo elicitur crus CK 611.1887^{IV} maius vero, adeoque residuum KI 1.3113^{IV}. min. v. Secundo eruitur latus AI 40.0799^{IV}.min. ver. Quare si latus hoc multiplicetur per 96. prodit ambitus huius polygoni regularis 3847.6704^{IV}, plures minus vero, vt ex ipso computus progressu manifestissime patet.

AK 4 0.0 5 8 5
4 0.0 5 8 5

2 0 0 2 9 2 5

3 2 0 4 6 8 0

2 0 0 2 9 2 5

1 6 0 2 3 4 0

2 | 2

□ lin. AK 1 6 0 4 6 8 3 4 2 2 2 5 min. ver.
□ lin. AC 3 7 5 1 5 6 2 5 0 0 0 0 0 0
□ lin. CK 3 7 3 5 5 1 5 6 6 5 7 7 7 5 mai. ver.

R. 6 1 1.1 8 8 6^{IV}
6 1 1.1 8 8 6

I 2	I 3	R. 6 1 1.1 8 8 6 ^{IV}
I 2 2	I 4 5	6 1 1.1 8 8 6
I 2 2 2	2 3 0 5	3 6 6 7 1 3 1 6
I 2 2 2 2	1 0 8 3 5 6	4 8 8 9 5 0 8 8
I 2 2 2 3 6	1 0 5 7 4 1 7	4 8 8 9 5 0 8 8
I 2 2 2 3 7 6	7 9 5 2 3 3 7	6 1 1 1 8 8 6
	- 6 1 8 0 7 7 9	6 1 1 1 8 8 6
		3 6 6 7 1 3 1 6
		6 1 8 0 7 7 9
		3 7 3 5 5 1 5 6 6 5 7 7 7 5 □ lin. CK

Radius 6 1 2.5 0 0 0^{IV}
CK 6 1 1.1 8 8 7 mai. ver.

1.3 1 1 3 minus vero.

I. 3 1 1 3	
3 9 3 3 9	
I 3 1 1 3	2 2
I 3 1 1 3	4 6
3 9 3 3 9	
I 3 1 1 3	
I 7 1 9 5 0 7 6 9 □ lin. KI. min. ver.	

□ lin. AK 1 6 0 4 6 8 3 4 2 2 2 5 min. ver.

□ lin. KI 1 7 1 9 5 0 7 6 9 min. ver.

□ lin. AI 1 6,0 6,4 0,2 9,2 9,9 4 min. ver.

□ lin. A I 1 6, 0 6, 4 0, 2 9, 2 9, 9 4

8 0 6 4 0 2
8 0 7 9 8 0 2
8 0 0 7 6 6 8 8 9
8 0 1 4 — 4 5 4 5 9 3
8 0 1 5 8

R. 4 0.0 7 9 9^{IV.} min. ver.

4 0.0 7 9 9
—
3 6 0 7 1 9 1
3 6 0 7 1 9 1
2 8 0 5 5 9 3
1 6 0 3 1 9 6
—
4 5 4 5 9 3

Prob.

1 6 0 6 4 0 2 9 2 9 9 4 □ lin. A I

4 0.0 7 9 9^{IV.}
per 9 6

2 8 2 0 2 4 0 4 7 9 4
2 8 2 3 6 0 7 1 9 1
—
3 8 4 7 6 7 0 4^{IV.}

Corollarium.

Voniam vero circumferentia circuli, hoc polygonum ambientis, maior est eiusdem polygoni ambitu, qui plures quam 3847. continet partes ex illis, quarum 1225. in diametro continentur, euidens est proportionem diametri ad circumferentiam ut 1225. ad 3844. plusquam erroneam dignoscendam esse.



Matz 85

